THEOLOGISCH-PHILOSOPHISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Österreich (Admont?), 12. bis 13. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift

a uiciis mentem separant. dogmata uero in sci
entiam eorum que sunt eam inducit. fides in contem
plationem sancte trinitatis.

Horum qui certant. alii quidem retrudunt so
lum uitiosas cogitationes. alii uero et ipsa uicia re
secant. Que repellit quidem aliquis verbi gratia. aut
psalmodia. aut oratione. aut spaciatione.
uel alia quauis amara occupatione. Rese
cat autem uicia qui contempnit res illas circa quas
ea possidet.

Res circa quas uicia possidemus sunt he. verbi gratia.
mulier: opes. gloria. et que deinde. Et mulierem
tamen potest quisquam contempnere. quando et post recessum
et corpus iter oportet per continentiam macerat.
opes autem. quando persuaserit cogitationi in omni
sufficientia ordinatam esse. gloriam uero quando
occultam dilexerit uirtutum operationem. et ideo
soli apparentem. et in aliis similiter. Qui autem
hec contempnit. neque in odium cuiusquam uenit
umquam.

Qui rebus quidem abrenunciauit. verbi gratia. mu
lieri. opibus. et his que deinde. exteriorem